



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 13. Oratio Georgii Scholarii pro unione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

ulla enim  
iliandina  
ac summa  
um percep  
Oratoribus  
dit, „me  
curandam  
adeo in  
s inde no  
gerentur  
atur, pa  
, cum te  
c judicari  
, ut San  
do provi  
hæc ob  
oplius ta  
as partea  
Prædicta  
at, soler  
Quo faci  
atinorum  
endit, fel  
re audi  
census se  
e gloriam  
atinorum  
otissimo  
lis Eccles  
& si qui  
t, verum  
proposita  
qua

quæstione clarius fese explicassent, pe- Sæcul. XV.  
tendum esse; ignominiosum enim fore A.C. 1439.

ad tantas redigi angustias, ut tot tamque  
evidentia Patrum testimonia haud alio  
eluderentur effugio, quam cum Marco  
Ephesino in arctum coacto dicendo, Græ-  
corum Patrum opera a Latinis fuisse cor-  
rupta, cum tamen apertissime constet, &  
omnium notitia probetur, omnes istos ve-  
tustos Codices ex Græcia ad Latinos  
fuisse delatos, ac ab ipsis metu Græcis jam  
pluribus retro sæculis descriptos.

### §. XIII.

#### *Oratio Georgii Scholarii pro unione.*

Georgius Scholarius ejusdem erat cum  
Bessarione opinionis, quam ser-  
mone in Actis Concilii relato pluribus  
confirmavit, ostenditque, nullum de-  
decus esse timendum ex mutatione sen-  
tentiae, quam nova, eaque clarissima ve-  
ritatis agnitio postularet. In iisdem a-  
ctis tres habentur orationes ab eodem  
Viro plane doctissimo concinnatae, in  
quarum prima summam ineundæ pacis  
necessitatem demonstrat, in altera ex-  
ponit media, quibus ea obstacula, quæ  
unionem impedire possent, submoveren-  
tur. Denique tertia exhibet planas o-

To. 13. Cone.  
Gen. Labbe.  
p. 573 & seq.

E e 3 mni-

Sæcul. XV. mnino vias, per quas unionis negotium  
A.C. 1439. ad felicem exitum perduci valeret.

## §. XIV.

*Bessarionis Nicæni Oratio in unionis  
negotio.*

Eadem Florentinæ Synodi acta nobis exhibent satis prolixam Bessarionis Nicæni orationem. Hic ob assiduum conficiendæ pacis studium summam illorum, quibus dissensionem fovere præpedituit, in se concitabat invidiam, ac propterea in Italia remanere cogebatur, tamen postea sacro Cardinalium Collegio adscriptus, eximio eruditionis sue prudentiæ, pietatisque splendore puram plurimum illustravit. In hac sua oratione Latinorum dogma de processione Spiritus Sancti defendit, & quidem schismatis caussas exponit docens, quod tametsi ante Generale Concilium aliqua Græcis de sua a Latinis divisione excusatio fuisset, nunc tamen jam celebrato Concilio Oecumenico, non possint ipsi absque scelere dividi ab eis, nisi illos a veritate deviare probarent. H. Ostendit, quod necessario sunt Doctores tum Occidentales, tum Orientales invicem debeant esse concordes. Ill. Declarat, quod quamvis nulla omnino sit in S. Doctorum dictis contradicatio, si tamen aliquid tale saltem apparenter esset, oportet

*Ibid. p. 391.  
& seq.*